

& non sicut Scriba, & Pharisei, id est, non sua quarendo contemptibilem faciebant docendi auctoritatem, quemadmodum illi. Christus erat docens in potestate, non sicut Scribae, & Pharisei: nam isti accipiendo munera veritatem sententiarum corrumpent, & auctoritatem magisteria vilipendebant, ut ab aliis contemneretur; at Christus Dominus, cum alienus esset ab omni munere acceptione, ideo ejus excellentia, & auctoritas apud omnes illata, & integra conservabatur. Sicut enim munus acceptionis auctoritatem publici ministri valde minuit, & contemptibilem facit; ita integritas praestat, ut apud omnes in magna veneratione sit.

Munus receptis contemptibilem facit Praeceptorum auctoritatem.

110. Gregor.

Doctrina cum opere conjugenda est.

Ezech. 10.

Hieron.

Callidor.

Septimo D. Gregorius lib. 2. cap. 7. Cum imperio docetur, quod prius agitur, quam dicatur. Nam doctrina subtrahit fiduciam, quando conscientia praepedit linguam. Unde de Domino etiam scriptum est: Erat enim docens, sicut potestatem habens, non sicut Scriba, & Pharisei: singulariter namque, & principaliter solus ex potestate bona locutus est, quia ex infirmitate nulla mala commisit. Christus id, quod docebat verbis, faciebat operibus: ideo Christi sermo tantam habebat auctoritatem, & potestatem; quia factis adimplebat id quod verbis erubabat. E contra vero Scribae, & Pharisei totam suam doctrinam operibus contradicebant; & ita eorum sermo nec potestatem, nec auctoritatem habet. Ezechiel dicitur cap. 10. num. 2. Ingredere in medio rotarum, quae sunt subtus Cherubim, & imple manus tuas prunis ignis, quae sunt inter Cherubim, & effunde super civitatem. Prunae illae sunt sancta, & ignita documenta ad purgandam civitatem, ut bene explicat ibi D. Hieronymus, qui etiam advertit, quod non jubentur una manu assumi, sed utraque. Imple manus tuas prunis ignis. Quia praedicator, ut sanctae doctrinae verba, cum fructu dispergat, & seminet, prius debet suis operibus, ac manibus exequi, & hoc non ex una manu, & dimiditare; sed utraque, ac omni parte. Unde ait Callidorus collat. 11. cap. 4. Nuncquam erit efficax instrumentis auctoritas, nisi eam eff. & operis sui cordi affixerit audientis.

CAP. XX.

Mundatur leprosus.

Matth. 7. v. 1. Cum autem descendisset de monte, secuta sunt cum turbae multae.

VERSIONES.

- Varablas. Cum descendisset autem ipse de monte.
Arias. Descendente eo de monte.
Cyrillus. Cum descendisset de monte, circumdederunt eum turbae multae.

EXPOSITIO.



URBAE cum discipulis audierunt sermonem Domini in monte, ut notavi cap. 10. quae. 2. num. 10. Post finitum admirabilem illum sermonem, ipsae turbae secuta sunt

Dominum in Capharnaum descendentem, ut advertit Abulens. In quo conditio optimi auditoris exprimitur; qui ita Christi Domini verba audiat, ut finito sermone a Christo Domino non discedat, sed eum sequatur, ac ei firmiter, & immobilitate adherat. Turbae autem sequebantur Dominum, ut explicat Eusebius Gallicanus hoc Euseb. mil. in 3. Dominica post Epiphaniam, & Hugo alij Hugo. propter amorem; alij propter doctrinam; & alij ut carentur a languoribus suis; alij denique, propter admirationem, ut curiosi.

Vel aliter potest cum Abulensi explicari; quia pars magna illarum turbarum, quae sermonem Domini in monte audierat, eum sequebatur, quamvis aliqua illarum pars jam recessisset, quia forte curaciones aegritudinum habuerant, pro quibus venerant; nam antequam praedicaret, aegrotos etiam curavit, Matth. 4. in fine, in quo illorum ingratitudo notatur, qui adempto beneficio a benefactore recedunt. Et tunc turbae multae sequebantur, tam illorum, qui concionum in monte audierant, quam illorum, qui praesente in dies fama adveniant. Et nota cum Chrysost. solomo homil. 26. Euthymio, & aliis; quod turbae sequebatur, quae erga Christum Dominum devota erat; non autem principes, Scribae, ac Pharisei, ut per discursum Evangelij videmus. Nam isti sua falsa scientia inflati, veram, ac solidam Domini sapientiam contemnebant; frequenter accidebat, quod ille, qui de honore magisterij praesumit, alterius doctrinam, quamvis multo excellentiorem, tamen vellicare, & carpere volunt.

QUESTIO I.

Quare turbae secuta sunt Dominum, descendentem de monte?

RATIONEM literalem hujus quaestiois jam explicavi in expositione, quae non est repetenda; ad sensus morales ex sanctorum Patrum sententia ad nostram eruditionem deveniamus.

Respondet primo D. Gregorius Nazianzenus oratione 31. Si in specula sua mansisset, si ad hominum infirmitatem minime se demisset, si id, quod erat, mansisset, inaccessibilem se ipsum, & incomprehensibilem custodiens, pauci fortasse secuti fuissent: atque haud scio an pauci, fortasse Moyses solus, inique etiam haecenus, ut Dei posteriora agere videret. Verum quoniam nostra causa exinanitur; quoniam calius descendit (exinanitionem autem voco, quasi gloriae submissionem, & immutationem); ideo perceptibilis, & comprehensibilis efficitur. Dum Dominus erat in monte, ac sublimitate suae majestatis, pauci discipuli eum comitabantur; Inaccessibilem se ipsum custodiens, pauci secuti fuissent. At postquam nostri causa

Principes si vult suos ad se trahere, sit communicabilis, & non inaccessibleis.

5.

Psal. 47.

August.

6. Origen.

Quilibet suam infirmitatem agnoscat, ut stet in suo gradu.

Peccatorumonus valde grave.

7. Paschas.

causa a sublimitate sua condescendit, & semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, ac nostrae infirmitati se adaptavit: Calius descendit perceptibilis, & comprehensibilis efficitur. Et tunc multi ei adherent, ac ab ejus latere non discedunt: & ideo turbae non sequuntur, dum Dominus erat in monte majestatis cum discipulis suis, sed dum descendit ad planitiam nostrae infirmitatis.

Discant Principes, & magnates hujus saeculi; qui volunt, ut multi eis adherant, non custodiant, in se quandam inaccessibleitatem, qua se negant omnium oculis, sed fiant suis communicabiles, ut amicitia sua eos allicere, ac inescare valeant. Ait Regius Vates; Psal. 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus: Deus in domibus ejus cognoscitur, cum suscipiet eam; & tunc Dominus magnus, ac valde laudabilis, in monte sancto suo; & tamen a nullo dicitur cognitus; at postquam suscepit eam, ut explicat D. Augustinus: Tanquam Medicus aegrotum condescendens ad ejus infirmitatem, statim agnitus publicatur, in domibus ejus cognoscitur.

Secundo, Origenes hom. 5. in diversos: Docente Domino in monte, ait, discipuli erant cum ipso, quibus datum erat caelestis doctrina noscere secreta. Nunc vero descendente eo de monte, turbae secuta sunt eum. In montem scilicet ascendere nequaquam poterant, quia quos delictorum sarcina deprimunt, ad mysterium sublimia, nisi abjecto onere scandere minime valent. Idcirco, & filij Israel ascendere in montem primitus non poterant, ad obviandum Deo; quia Aegyptiaca gravata conversatione praepediebantur, sed solus Moyses ascenderat. Ascendit Christus Dominus cum discipulis suis in montem, turbae descensum expectat; cur etiam ad apicem montis non petit? Turba suae infirmitatis conscia abstinere se intromittere in altis secretis, quae discipulis, ut excellentioribus, erant communicanda. Discipuli erant cum ipso, quibus datum erat caelestis doctrina noscere secreta; unusquisque intendat apprehendere, ac scire quae ad suum ordinem pertinent. Deinde Ascendit Christus in montem, qui alienus erat ab omni peccato; ascendunt discipuli; qui jam Christi Domini doctrina, onus peccatorum deposuerant; & ideo expediti, ac praecipites erant, ut ad sublimia intendant; at turba peccatorum sarcina, & pondere gravabatur, ideoque in altum scandere non valet, sed in imis, ac infimis existens, Domini adventum praestolat, ut a suorum scelerum compedibus allevietur, & ita ad altiora elevari valeat. Vide supra cap. 18. num. 23.

Tertio, D. Paschasius lib. 5. in Mattheum, per istum leprosum, intelligit genus humanum, & ait: Apertissime per unum, lepra maculis respersum, unitas credentium ostenditur peccatorum maculis co inquinatum; propter quod nemo de suis gloriatur variis, quia omnes eramus ira filij, & a caelestibus exclusi consortiis: nisi descenderet ille per incarnationem habitus invenimus ut homo, iste non ascenderet a Paradisi gaudiis expulsus, leprosus in homo. Quoad Dominus erat in monte, turba non audebat ascendere; descendit ergo ipse, ut iste leprosus, seu genus humanum, in eo adumbratum ad illum accederet, ut ita mundaretur: ut aperte agnoscamus, quod omne Sylveira in Evang. Tom. 11.

bonum nostrum, non ex nostris meritis, sed totum ex ejus gratia est; & quod descensus superiorum; ascensiones sunt inferiorum: & ideo descendit ipse; quia a sublimi monte suae celsitudinis aliorum miseriae videri, & intueri, ut ait David Psal. 112. num. 5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo, & in terra. Saepè hujus saeculi principes, ad aliorum infirmitates non condescendunt; quia a suo fastigio ad eas non condescendunt; quia a suo fastigio ad aliorum miseriae non condescendunt. Principes suis non subveniunt quia a suo fastigio aliorum miseriae non condescendunt. Quarto, Albertus Magnus: Cum descendit Dominus, humilia dicens, tunc vilis turba sequitur eum; quoniam tunc etiam intelligit eum. Audiant hoc multi Concionatores, qui sua verborum elegantia, Christianam doctrinam maxime obscurant, ut populus audiens, nec intelligat, nec percipiat quae sibi sunt necessaria, & utilia. Hos Praedicatorum pungit D. Paulus 1. Corinth. 1. Cor. 1. num. 17. dum ad docendum dat eis documenta: Non in sapientia verbi, ut non evacuatur crux Christi. D. Ambrosius ibi: Gloriam suam quaerit, qui fidem Christi verbis exornare vult. Obscurat enim illam splendore verborum, ut non illa; sed ipse laudetur.

Quinto, Palatinus: Descendit Dominus de monte, id est, de majestate, de legis rigore, de vindicta, de duro illo nomine, quod esset Deus ultionum. Psal. 93. num. 1. Deus zelotes, vindicans peccata in quartam generationem, Exod. 20. num. 5. Descendit ergo Dominus in humilitatem, ac mansuetudinem, & tunc turbae accedunt; ac eum sequuntur, & a suis malis mundantur; quos enim rigor, ac vindicta legis non curavit, hos benignitas, ac humanitas. Salvatoris nostri Jesu medicavit, & sanavit.

Audiens Elisaeus demortuum filium Sunamitidis, ait Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade, & pones baculum meum super faciem pueri, 4. Regum 4. num. 29. Qui pergens, & mandata magistri sui exequens, minime puerum a mortuis ad vitam evocavit. Sed veniens ipse Elisaeus componens, & comprimens se ad mensuram pueri, calefaciens ejus carnem, ac teneri halitu insufflans, puerum a mortis vinculis solvit; ibidem num. 32. Res mira: quod Giezi adimplens mandatum tanti Prophetae, puerum non valet resuscitare, sed ipse Elisaeus per se veniens hoc praestat. Puer ille, significat genus humanum peccatis suis demortuum, ut tradunt Eucherius, Rabbanus, Carthusianus, Glossa moralis; & istud minime resuscitat baculum, seu rigor legis, in qua scriptum erat: Si quis hoc fecerit, morte moriatur; sed filius Dei veniens ad nostram infirmitatem, condescendens, nostras animas sua caelesti doctrina calefaciens, ac sua benignitate insufflans, a mortis caligine nos liberat, & ad viam advocat. Angelomus: Per Moysen, ait, terram legem protulit Deus, quasi per puerum, virgam misit; per legem quippe Deus virgam tenuerat.

Superiorum descensus inferiorum ascensus.

Principes suis non subveniunt quia a suo fastigio aliorum miseriae non condescendunt.

3. Reg. 12. 8.

Alb. Maga.

Doctores non se obscurant in doctrina.

1. Cor. 1.

Palatinus.

Benignitas plus aequavit, quam rigor.

16.

Eucher. Rabbanus. Carthuf. Gloss.

Multum efficitur, quam rigor.

Angelomus.

Sf 3. 11.

... cum dicebat: Si quis hoc, vel illa fecerit, morte moriatur. A peccatis igitur moriis, nos suscitare non valuit, sed ad vitam...

Rupert.

Matth. 8. n. 2. Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.

VERSIONES.

Syriacus. Et ecce leprosus unus veniens adoravit eum, & ait: Domine, si voleris.

Orig. hom. 5. in Et ecce homo leprosus. diversos.

Vatablus. Et ecce leprosus cum accessisset, Si velis, efficax es, me mundare.

Arias.

ALTER TEXTUS:

Marc. 1. n. 40. Et venit ad eum leprosus deprecans eum, & genu flexo dixit ei: Si vis, potes me mundare.

Luc. 5. n. 12. Et factum est, cum esset in una civitatum; & ecce vir plenus lepra, & videns Jesum, & procidens in faciem, rogavit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.

EXPOSITIO.

11. Chrysof.

MONET nos Chrysofomus homil. 26. & ait. Tu Domini perpende sapientiam, quemadmodum dispensationes suas pro utilitate variat...

Matth. 4.

Prædicator habeat verba & opera. Ambros.

ca, ex quo Dominus in Capharnaum venit; nam, ait D. Ambrosius, Si quantum diem sole illuminat...

Ecce leprosus. Illa particula, Ecce, denotat adventum leprosi, post finitum sermonem; seu, illa particula, Ecce, designat rem grandem, ac notabilem; quod nempe peccator veniat ad Deum...

Adorabat eum; seu, ut habet D. Marcus, Genu flexo dixit ei; & D. Luc. procidens in faciem suam...

QUESTIO II.

In quo loco leprosus mundatur? quare ab Evangelista non exprimitur?

QUANTUM ad locum, de quo iste leprosus Domino occurrit, & ab eo curatur, tenendum est, fuisse in discessu montis, seu in radice ejus, antequam ingrederetur in urbem Capharnaum...

Morali

QUESTIO III.

Quare leprosus non ascendat in montem, sed occurrat Domino descendenti?

ST E homo maxime membrorum putredine, seu lepra premebatur, & salutem vehementer exoptabat: cur e go ad montem non ascendit ad divinum Medicum, sed ejus descensum expectat? Responder priorum D. Chrysofomus in Imperfecto, homil. 21. Quia lepra erat gravatus, peccatorum...

Secundo D. Gregorius ab Abulensi relatus, quæst. 4. Leprosus deorsum occurrit, & in monte nihil dicit, quia tempus est omni rei sub celo: tempus doctrinae, tempus curationis; in monte animas curavit, corda sanavit, quibus completis de celestibus montibus ad salvandos carnales eo descendente, venit ad eum leprosus...

Tertio, Verba Gregorij proxime data expendere; In monte animas curavit, corda sanavit, quibus expletis; ad salvandos carnales, eo descendente, venit leprosus. In monte erat Dominus occupatus spirituali negotio, salutibus montis dandis; bene enim capiebat leprosus, quod Dominus non omitteret spirituali, ut temporali corporis saluti incumberet, cum omnia carnalia sint contemnenda, ob spiritualia. Quarto Theophylactus, Leprosus, ait, ut patet civitatis, & vocatus, non ascendit montem, ut doctrina obesset. Ne ergo esset impedimento doctrinae, & ne sermonem interrumpere, ideo ad montem non ascendit...

Septimo, Abulensis quæst. 4. Quod, leprosus non licebat intra urbes habitare, nec se inconveneri in hominum conventu, ac multitudine. Numer. 5. num. 2. Imò præcipiebantur expelli extra castra, ne alios inficerent. Unde non licebat leproso isti ire ad montem, ad Christi D. sermonem audiendum, ut ibi adesset cum cætera...

15. Moraliter secundum textum Lucæ, hoc consideremus, non exprimitur, in quo loco fuerit iste sanatus, sicut de aliis scribitur, ut de puero Centurionis dicitur; Cum ingressus esset Capharnaum. De filio viduæ Nain, ac de paralytico sanato in piscina, quæ erat Hierosolymis. In isto autem leproso locum præmittit Evangelista, ait S. Lucas. Factum est, cum esset in una civitatum ecce leprosus veniens; quod recte ponderat D. Ambrosius lib. 5. in Luc. & ait. Bene ubi leprosus mundatur, certus non exprimitur locus, ut ostendatur non unum populum speciales alicujus civitatis, sed omnium populos fuisse sanatos. Leprosus iste (ut jam dixi ex sanctis Patribus) humanum genus repræsentabat, quod Christus D. à suorum peccatorum lepra mundavit; bene ergo non exprimitur certus locus, quia divinus Medicus, non in remedium unius populi, vel civitatis; sed in omnium hominum salutem venit.

Ambros.

Christus omnium remedium.

16. Cùm Ezechiel sublatus esset in spiritu in campum, qui ossibus plenus erat; dei dicitur Ezechiel. 37. num. 9. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reviviscant. Sermo est de Spiritu sancto, ut explicat D. Hieronymus, Theodoros, Glossa, & alij. Illud tamen valde notandum; quod ut adveniat super ossa, quæ sunt in campo illo; à quatuor ventis ejus pronunciat adventus: cur non ab Aquilone, vel Austro, sed à quatuor ventis? Non est divini Spiritus adventare ad quosdam vivificandos, nisi & simul adveniat à quatuor partibus, super omnes insufflando. D. Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 20. sic eleganter assatur. Dabo, ait Dominus, Spiritum meum in vos, & vivetis. Ubi enim spiritum suum dixerit, nunquid alium, præter spiritum suum, nuncupavit; neque enim si alium spiritum suum diceret? Nec hic spiritus à quatuor mundi partibus venit cardinibus: quia ventorum status, hic quem videmus, partis, non universitatis est, & hic spiritus, quo vivimus, singulorum, non universorum est: Spiritus autem sancti est, ut & super omnes, & in omnibus sit. Expende ultima verba, ex eo probat D. Ambrosius, quod in Propheta sermo sit de divino Spiritu: nam spiritus quo vivimus, singulorum est, & ad alios non extenditur; at divini flaminis; hoc est proprium, ut ad omnes descendat insufflando, & vivificando.

16. Ezech. 37.

Hieron. Theodor. Glossa.

Divina bona omnibus sunt communia, humana vero particularibus dantur. Ambros.

17. 1. Cor. 11.

Christi dona omnibus communia.

Theodor.

Ait Paulus 1. Corinth. 11. num. 20. Conveniunt ergo vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare, unusquisque suam cœnam præsumit ad manducandum; & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Graviter arguit Corinthios, eo quod cœnam Domini contemnunt, nolint eam imitari, sed ab ea maxime sint alieni. Sed quo argumento hanc dissimilitudinem probat Doctor gentium? Magnò sancte, & efficaciter: Unusquisque suam cœnam præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. In mensa Domini omnia sunt communia, in vestra autem, particulares affectus tantum apparent; mensam Domini omnes participant; ad vestram vero pauci pro diversitate personarum admittunt: ergo maxime una ab altera discrepat. Theodoros. Oportebat ergo, ait, & mensas communes, esse communes, & imitari Dominicam, quæ est omnibus ex æquo proposita, nunc autem non ita factis.

18.

Chrysof. Peccata manum gravant.

19. Gregor.

Omnia tempora habent.

Observa tempora, ut sollicite explens negotium.

20. Gregor.

Theophyl.

21. Abulens.

Nam.